

D. Pareo P. Hubnerus S. D. P.

De Colloquio Mompelgardensi, cum ejus exitum pridem  
 ante tanquam vates predixery, nihil scribam, praesertim  
 cum tuam praedictionem publica fama jam ubiq; con-  
 firmavit. Comes Mompelgardicy haud dubie conscius fuit  
 consiliorum Schmidlini. pellexit autem Dnum Bezan-  
 lenocinus verborum, ut cum de vestro judicio, quod est  
 tuis liberis et b. h. Sohnij praefatione. ad theses de in-  
 carnatione. τὸ λόγος scripta continebatur, certior fa-  
 ctus esset, non potuerit tamen animum inducere, aliter  
 quam sincere et candidè, totum istius colloqui nego-  
 tium tum à Schmidelino, tum ab ipso Comite esse sus-  
 ceptum. Sed deprehendit tandem anquem in herba Comitis  
 aperte cum Schmidelino collusit, et nobis in faciem  
 restitit. Hominem ego quidem, dum vixi, magis audaciter  
impudentem magis, impudenter audacem oculis non vidi  
meis, quam Schmideliny est. Mitto ad te theses et ab  
 illo ejusq; socio Osandro et à nobis in colloquio propo-  
 sitas, ex iis omnium actorum summam perspicies. Inter  
 alia thetodoxiana haec etiam defendere ausus est,  
 Schmideliny: Christum mortuum esse pro damnatis.  
 Neminem damnari propter peccatum. Omnes bapti-  
 zatos renasci. Infantes omnes, qui ad baptismum per-  
 veniunt, credere. Infantes ante baptismum non esse  
 in foedere Dei, sed recipi in Baptismo. Simonem  
 Magam verè credidisse et fuisse regeneratum. Inve-  
 nitatem esse instrumentalem causam damnationis, sine  
 fides justificationis. Impios accedentes ad Coenam Domini  
 etiam fieri membra Christi, sed putrida. Multa item  
 alia protulit, quae imprudenti, ut solet accidere homi-  
 nibus loquacibus, ut is est, exidisse existimasse, nisi non  
 diu ea defendere tentasset. Excepimus autem Hry. Ho-  
 tonius Fajus, Theologus Genevensis, qui etiam colloqui  
 nobiscum interfuit, et ego omnia, quae acta sunt eaq;  
 aliquando vobis communicabimus. Nunc divulganda non  
 videntur, nisi adversarij, ut solent, priores quid tentent.  
 Magna hūc est annona caritatis: Laccus frumenti. Lauzani

emittunt messem copiosam; Dominus misereatur nostri. Rex  
 Gallie ut heri ad me scripsit Dñs Beza, juravit solemnter,  
 se passurum potius, ut regnum Gallie evertatur, quam ut ali-  
 qua in Romanoensi religione diversam in regno suo ferat,  
 et successorem alium quam Catholicum admittat. Hec enim  
 sunt Dñi Beza verba. Cordiang Princeps cum hoste conflictit,  
 et victoriam obtinuit, sed cruentam valde. Occubuerunt n.  
 tres fratres filii Andelolij et post pugnam diebus paucis se-  
 cutus est obitus Dñi Rohani. Scribit Beza in tola nobilitate  
 Gallica his viris nullos opibus validiores et zelo pietatis arden-  
 tiores fuisse, itaq; magnam in eis jacturam factam esse.  
 Excitet Dñs alia organa ad defendendam Ecclesiam suam  
 idonea et salutaria. Qui has tibi reddat Bohemus est Pra-  
 gentis, vir pius et doctus, dignusq; optimorum virorum  
 favore. Cujus rei causa ad has regiones venerit, ex ipso  
 cognosces. Quæso tracta eum, ut dignus est. Liberi mater  
 19. Maji hora 3. post meridiem pie obdormivit in Domino.  
 Nolunt Amici et consanguinei illius, ut hujus rei causa huc  
 veniat, facta tecta sunt ei hic omnia. Dicitur egro-  
 lassse aliquandiu, itaq; rogant nostri scholarchæ, si desti-  
 tuatur pecunia ad Medicis satisfaciendum, aut aliam ne-  
 cessaria ad sanitatem recuperandam paranda, auxilio illi  
 vestro adfuit, satisfiet vobis abunde. Vale Vir Doctissime  
 et me amare, ne desine. Raptim 19. Maji 1586.

T. T. Hübnerus.

Carissimo Viro, pietate atq; eruditione  
 Prestantissimo, Dño Davidi Pareo, Dño  
 suo et Amico honorando Heidelber-  
 gam in domum Sapientie deferantur.

Johannes Vorstius Davidi Pareo Sal.

85)

Gaudeo hanc mihi ad te scribendi occasionem, vir Clarissime,  
 oblatam. Nam etsi de tua erga me singulari benevolentia  
 nunquam dubitavi, mihi tamen ex tuis ad Hübnerum nostrum  
 literis perjuvanda illa tui in me amoris recordatio: quæ nihil  
 gratius, nihil acceptius, nihil deniq; jucundius esse potuit. Itaq;  
 cum benevolum animum tuum jam dudum perseperim, sic  
 vicissim apud te statuas velim, meam videlicet tuorum erga